scriptorum omnium studiosissimq, et interpretum, praesertim qui res enucleant, in quibq te puto, ut ex paucis quibusdam annotationibq animadverti. Audistine Matthei Flacci syngei Medici Berbinensis nomen? is mirificas, absurdas, horribiles opiniones sparsit de anima, de creatione, de diabolo malorum creatore, de spiritu filii dei, qui sit anima mundi, et saperabundanti nescio quâ scripti essentia. Si non horret animq ea legere, sunt hic apud Amicum quendam. Vale meâq opera libere utere. Saluta D. Zanchium et collegas tuos omnes. Deus vobis adsit 20. Aug: ao 1581. Uratisl.

Adhuc Ursinq non respondit, impedity valetudine. adversa et occupationibq aliis.

18)

Clarissimo atq Excellentissimo Viro Dño Taddeo Hayecio ab Hageck S. Ces: Maj: etc. Medico etc. Dño et Amico observandissimo.

Clarissime et Excellentissime vir S. P. et officiorum meorum addictissimâ commend: premissa etc. Niti antevertisses, quae tua est humanitas, constitueram ad te scribere, et quam ultrò defers, amicitiam tuam ambire, testor Rhetium et charissimum hospitem meum amicissim: tum Valeol. me tui studiosiss. esse, jam ab eo tempore, quo doctum et eloquentem commentarium tuum in Psalm. Centiloquium Bethen etc. cum magna mea voluptate atq utilitate perquam diligenter evolvi, id autem fuit abhinc ferè quinq annis. Neq; sanè tam diu studium hoc et benevolentiam meam celassem, Ted jam tum abs te petissem, ut in amicorum tuorum numerum me quoq reponeres, Sed infortunium nimirum, quo undiq premebar ab hoc scribendi officio deterrebat. Fieri n. posse putabam ut tu quoq à me meoq nomine abhorreres, quem jam etiam simici non fugiunt tantùm, Sed etiam detestantur, id sanè non ob ullum scelq meum, sed quod malui honesty esse maritq, quàm cum impuris mulierculis: ut plerisq adversarij mei faciunt ex spiritualibq, ut vocant: obscenq, ac, quod caput est, de beneficio ab impijs fanaticorum hominum contentq ad Dei verbum cupidissimè defert, Ted cum de te sermonem honorificum non raro haberet apud me Val: intellexi, ex eorum numero te esse, quibq Deus melioremq mentem dedit. Haec eò breviter commemoro, ut planè tibi persuasum habeas, jucundiss: et longè omnium gratissimas mihi accidisse literulas

literulas tuas, de quibus plurimum me tibi debere et gratis et profiteor. breviter habes amicum paratissimum et ad omnia ingeratâ tua promptissimum. Val. discessit hinc 6. hujus mensis evocatus in Daciam, relicta uxore et filiola ac paucis quibusdam apud me, quem ajunt, ipsius causa quoq; magnam invidiam ipsthic sustinere. Deus bone, etiam hospitalitas mihi fraudi erit! etiam de bono opere lapidabor? ô seculum insipiens! Audio Dn. Doctorem Alexandrinum libros illos preclaros de tuenda valetudine, quorum mihi aliquot paginas ante hos x. annos, ni fallor, ostendit, absolutos in lucem edidisse. Obsecro te ut eos mihi emendos et per postam huc transmittendos cures, statim pretium reddet. sum vestrarum lucubrationum sitientissimus; et hic opt. et doctiss. vir, fuit mihi aliquando in amicissimis, ego eodem sum in illum animo. Sed illi fortasse religio est hominem hereticum redamare. Si fert tamen adhuc nominis mei mentionem, ego animo, oro te ne grave sit eum à me salutare. D. Doctori Craconi homini humanissimo et optimo meo Amico et patro pl. S. Vale mi Clariss. Die et me multum ama Cracovie 17. Febr. 1572.

Ex. V. Deditissimus p.

A. Dudithius. l.

And. Dudith.

Matthaeo Flacco Medicinae Doctori

Berlinum.

19)

Fortunatam illam meam Epistolam, qua hominis eruditi, et Christiana Philosophia studiosi Benevolentiam mihi conciliavit. Ita quo tamen humanitatem tuam agnosco, neq; illam meriti hujus particulam mea Epistola tribuo. Quid enim in illa est, quod commendationem magnopere mereatur? Ipsi eam ad Amicum, ut soleo, familiariter. Et sine ulla cura, quidquid in mentem veniebat, statim effudi. Non enim ex eo literatorum genere, te esse, qui magnam doctrinam, qui acumen, qui diligentiam ad scribendum afferant tuae vocis est, et tui similem, quos melior fortuna in omnibus artibus ad contemplationem comparatis educavit. Illa longe alia fuit fors. Multa in Epistolam conjecisti, quae mihi et nova et quod sciam aliis insolita tuae propriae visa sunt, de quibus quid sentiendum prorsus sit, ego quidem nondum constituere possum. Nam tametsi nunquam ita servili ingenio sum, ex quo tempore ad litteras me contuli, ut quidvis sine delectu amplexem atq; ab hominum et sectarum praejudiciis jam et longi temporis usu